

ALEXANDER EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI,

Venerabilis Fratribus universis Archiepiscopis, et Episcopis, ac Dilectis Filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, et aliis Ecclesiarum Praelatis, et caeteris Personis Ecclesiasticis tam secularibus, quam Regularibus cuiuscumque Ordinis, vel professionis existant: Salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Nec insolitum est, nec novum, ut ea, quae per occupationem, vel in festinantia fiunt, pro eo quod congruae deliberationis limam praetereunt, in propensioris considerationis reducantur examen, ut rectiora, et elimatiora, per attentionem plenioris discussionis emanent.

Sane quaedam ab Apostolica Sede tempore, fel. recordationis Innocentii papae IV. praedecessoris nostri litterae¹ processerunt, in quibus ipse universis Religionis cuiuscumque professionis vel Ordinis districte in virtute obedientiae injungebat,

ut Parochianos alienos diebus Dominicis, et festivis non reciperent de cetero in suis Ecclesiis seu Oratoriis temere ad Divina;

nec ipsos ullatenus ad Poenitentiam admitterent sine suorum licentia Sacerdotum;

nec eis in suis praedicarent Ecclesiis ante Missarum solemnia, pro quibus audiendis prima diei parte iidem Parochiani consueverunt, et debent in suis Ecclesiis convenire;

nec sermones etiam solemnes facerent illa hora;

ALEXANDR, BISKUP,
SLUŽEBNÍK SLUŽEBNÍKŮ BOŽÍCH,

všem ctihodným bratřím arcibiskupům a biskupům, milovaným synům opatům, představeným, děkanům, arcijáhnům, arcikněžím, ostatním preláťům církvi a všem církevním osobám ať světským či řeholním z jakéhokoli řádu, pozdrav a apoštolské požehnání!

1. **Není neobvyklé** ani nové, že to, co se koná pod tlakem mnoha povinností a ve spěchu, oslabuje rozvážné zamýšlení. Je třeba to znovu podrobit delšímu zkoumání, aby se to rozhodlo správněji a přesněji na základě důkladnější a všestranné diskuse.

2. A vskutku v době papeže Inocence IV., našeho předchůdce blahé paměti, zveřejnil Apoštolský stolec listiny, v nichž všem řeholníkům vyhlásil pod svatou poslušností následující směrnicce:

aby od nyní do budoucna nepřijímali lehkomyšlně ve svých kostelích nebo oratořích o nedělích a svátcích cizí farníky k slavení Božích tajemství;

aby je bez dovození jejich kněží žádným způsobem nepřipouštěli k svátosti pokání;

aby ve svých kostelích nekázali dříve, než bude po mších svatých, na nichž tito farníci bývají účastni, když se ráno mají shromažďovat ve svých kostelích;

aby v tuto dobu nekonali kázání, byť i slavnostní;

sed nec ad praedicandum solemniter ad Parochias alienas accederent, nisi essent ab earum Sacerdotibus invitati; vel saltem nisi se ad id humiliter peterent, et obtinerent admitti;

nec ea die qua Dioecesanus Episcopus, vel alius loco eius praedicaret solemniter, maxime in Ecclesia Cathedrali, aliquis ipsorum in eadem Civitate, vel loco praesumeret praedicare.

Si vero in casu licito Parochianum alterius eos in suis Ecclesiis recipere ad sepulturam contingeret, omnium, quae obtentu consequerentur huiusmodi sepulturae, portionem canonicam, etiam non requisiti infra octo dies a tempore receptionis eorum Episcopo, vel Sacerdote, de cuius Parochia mortuus esset assumptus, exhibere curarent.

Si autem aliquis Religiosorum ipsorum huiusmodi transgressor contra praedicta, vel aliquid praedictorum venire praesumeret; praeter inobedientiae vitium, et excommunicationis sententiam, quam eum incurrere voluit ipso facto, gradus sui periculo subjaceret; et nihilominus a Dioecesano ad praemissa universa, et singula observanda per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, districtius cogeretur, nullis ei contra haec indulgentiis, vel privilegiis Apostolicis valituris².

Verum quia super praemissis litteris cogitare attentius, et studiosius deliberare proponimus; pacis commodum, & quietis solatium Ecclesiis, et Personis Ecclesiasticis potissime cupientes praefatas litteras, et si quae aliae³ super praedictis, vel eorum aliquo contra praefatos Religiosos, vel aliquos ex ipsis generaliter, vel specialiter praeter formam communem, et solitam processere, ac mandata, seu praecepta facta in eis, vel earum auctoritate duximus penitus revocanda:

aby nechodili konat slavnostní kázání do jiných farností, nejsou-li tam tamními kněžími pozváni, nebo aspoň si od nich pokorně nevyžádali souhlas a také jej dostali;

aby v den, kdy slavnostně káže diecézní biskup nebo někdo v jeho zastoupení, zvláště v jeho katedrále, nikdo z nich se v městě neodvážil kázat;

aby v případě, že dostanou oprávněně pohřbívat cizího farníka ve vlastních kostelích, do osmi dnů odevzdali, i když nebyli vyzváni, příslušnou kanonickou částku ze všeho, co dostali za tento pohřeb, biskupovi nebo knězi té farnosti, odkud zemřelý pochází a byl převezen;

a kdyby někdo z řeholníků přestoupil tyto příkazy a odvážil se jednat proti nim, neprovinil by se jen hříchem neposlušnosti, ale propadl by současně i vyobcování činem samým a byl by v nebezpečí degradace; diecézní biskup má takového na základě církevních trestů přinutit k zachování předepsaných směrnic, bez možnosti odvolání proti trestu ani s odvoláním na nějaký indult nebo apoštolské privilegium.

3. Nyní, protože jsme si stanovili pozorněji uvažovat a po delším studiu shora zmíněných apoštolských listů učinit příslušné rozhodnutí, i poněvadž si přejeme nade všecko dobro pokoje a klid pro církev i církevní osoby, považujeme zmíněné i jiné listy, o tomto předmětu vydané proti řeholníkům, ať už obecně nebo částečně, obvykle nebo mimo běžnou formu, za odvolané.

Ideoque Universitati vestrae per Apostolica scripta mandamus, quatenus per huiusmodi litteras, vel occasione mandatorum, seu praeceptorum, aut sententiae, quae continent, nihil prorsus agatis; cum nullam deinde effectivam habeant, vel vigorem.

Datum Neapoli, XI. Kalendas Januarii, Pontificatus nostri anno primo.

Z toho důvodu posíláme Vám všem tento apoštolský list, abyste nečinili nic z toho, co bylo v oněch listech nařizováno jako příkaz nebo soud, protože od nynějška nemají žádnou právní účinnost ani platnost.

Dáno v Neapoli 22. prosince 1254, prvního roku našeho pontifikátu.

Prameny:

SBARAGLIA J.H. (ed.): *Bullarium Franciscanum sive Romanorum Pontificum constitutiones, epistolae, diplomata tribus ordinibus Minorum, Clarissarum, Poenitentium a seraphico patriarcha Sancto Francisco institutis ab eorum originibus ad nostra usque tempora concessa*, sv. 2, Roma: Sacra Congregatio de Propaganda Fide, 1761, s. 3-4, č. 2.

POSPÍŠIL C.V. (ed.): *Františkánská knihovna na CD-ROM, Františkánské prameny*, sv. 1 [příloha CD-ROM]: sv. 2, *Dokumenty římské kurie*, č. 2740-2743, Olomouc: Maticе cyrilometodějská, 1999, ISBN 80-7266-073-X; BARTA J. et al. (ed.): *Františkánské prameny*, sv. 2, s. 208-209, č. 2740-2743.

Poznámky:

1. Konstituce Inocenta IV., *Etsi animarum*, Neapol, 21.11.1254 (významně omezila právo žebavých Řádů kázat, zpovídat a udílet svátosti). Innocent IV. však zemřel již 7.12.1254, tedy pouhých 16 dní po vydání této konstituce a jeho nástupce, bývalý kardinál Ochránce františkánů Rainaldo z Jenne, pak od 12.12.1254 Alexandr IV., ihned vrátil františkánů a dominikánům jejich výsady bulou *Nec insolitum* z 22.12.1254.

2. Kauzy spojené s Inocentovou konstitucí rozvádí L. WADDING ve svých *Annales Minorum* pro rok 1254, č. 2 a násl.